

MYRMILLES miles bello navali in mare cadens, scuto incubuit, & evasit natando. De quo sic Julius Leonides in 1. Epigr. Græcorum.

Εἰς τὴν ἀθάλαττον ἰσχυρὰ δὴ Μυρμιδὸν βάλας, Τὴν μὲν δ' ἐπὶ δαίμων, ἢ δ' ἐπιπέλαγον, ἀπὸ τῆς ἑλπίδος τῆς ἰσχυρῆς ἀντιπύου τοῦ θανάτου, ἀπὸ τῆς ἀντιπύου τοῦ θανάτου.

Remigem quandam in litore Tyriorum fœtinam haurientem, cum è navi fluctus abjecisset, altero latere reperculsum, contrarius fluctus in navem retulit. Itaque miseri simul, ac felices comploranti, permixta fuit gratulatio. Val. Max. lib. 1. cap. 8.

ZENOBIA UXOR Rhamnisi Pharaonis Iberorum regis F. qui patrum Mithridate necato Armeniam occupavit, cum propter populorum rebellionem unâ cum viro fugeret, & in via parienti dolore capta esset, ita ut ultra progredi non posset: virum rogavit, ut se occideret, neque in hostium manus venire pateretur. Vir post multas lachrymas uxorem, amplius ne dedecus pateretur apud hostes, ferro jugulum ejus petiit: & mortuum esse arbitratus, in Araxem fluvium, qui properebat, projecit, ne corpore hostes perciperent. Sed postea à quibusdam inventa passoribus, cum adhuc vivere conspiceretur, ad Teridatem Vologesi Parthorum regis fratrem, mariti hostem perducta fuit. Zen. Syl. c. 39. Asia.

SOBESLAUS Boemorum princeps in gratiam Lotharii Caesaris ad oppugnandam Bambergam se conferens, transiensque flumen quoddam in Bavaria, parum abfuit, quin ab aquis vehementioribus absorberetur, equo, super quem sedebat, submerso. Dabravius lib. 11.

ALEXANDER OLIUS prope Saxoferratum rustico patre natus, puer hinc inde stipsis causa vagans, in puteum incidit, & exanimatus à vicina quadam extractus est. Mater votum fecit monachum se filium facturam, si ad se rediisset. Voti rea, Augustiniani illum commisit, apud quos tantum promovit, ut tandem Cardinalis fit factus. Garimbertus libro 4. de vitis Pontificum.

N I X.

Pius II. Pontifex alpes Vindelicias hyberno æquinoctio ingressus, paululum abfuit, quin liquentium nivium lapsu obrueretur, semel ingenti globo dejectus. Campanus.

POMPEJUS Columna Francicum Gallie regem, redeuntem domum ex Italia, ut patrum Prosperum Columnam captum liberaret, subsequutus est media hyeme per Pœninas Alpes, ubi devoluta ingens è summis alpium jugis nivium moles permulso omnis generis mortales, & in his integram Sedonorum legationem paucis ante illum passibus oppresterat. Jovius in Pompejo Columna.

S A X A , L A P I D E S.

PAULUS Apostolus, cum unâ cum Barnaba Lystris Evangelium prædicasset, à Judæis lapidatus, extrâ civitatem tractus, & semimortuus ibi relictus est. Act. 4.

G L A D I U S , S E C U R I S.

Vide Tit. Servati à morte intentata ab insidiatoribus.

Zenobia exemplum paulò antè (à submersione præservatâ) retulimus.

EO tempore, quo Ludovicus rex Francorum in Africam navigavit, Edwardus Henrici III. regis Angliæ filius, ex Anglia cum ingenti classe in Asiam trajecit, à Theobaldo Leodienſe Archidiacono (qui postea Gregorius X. Pontifex creatus est) excitatis Christianis recuperandæ terræ sanctæ causa. Verum dum Prolemaide tandiù immoratur, quod Ludovicus rex, ut pollicitus erat, eò ex Africa victor traiceret: ab Artacida Saraceno familiari, dum solus in cubiculo esset, tribus vulneribus petitus, agrè mortis periculum evasit, adjuvante altero familiari, qui manum faciarî tandiù retinuit, donec à domesticis disceperet, & extractus è cubiculo sceleratus Artacida est. Platina in Gregorio X.

GALBA CIUS II. Vicecomes arcem Mediolanensem extruens, & vivarium quoque addens, fundos justis possessoribus iniquo pretio ademit. A Bartolo Xysto, paterni agri injuriam frustra deprecante, equitans cultello in ventre petitus, cum cuspis in ipsam balthei fibulam incidisset, servatus est. Jovius in ejus vita.

B A C U L U S , F U S T I S.

Festo die Pentecostes Leo V. Imp. cum sacris interesset, cancellis adhærens, quidam ex ambone (ut fit in multitudine

ob pressuram) in caput Imperatoris baculum impexit: cui nisi candellabrum obstitisset, actum erat de vita regis: sanguinem enim cruciavit, & mente alienatam fœmiorum jacuit. Auditor facti, amputatis manibus, ac pedibus, in ignem est projectus. Monachus autem Marcus miraculum adaugens: Ab hoc inquit, o Rex, anno, non amplius decem regnabis, quod & evenit. Cuspinianus, & Colverus.

SAGITTA, JACULUM.

BOESLAO III. Boemorum duci, Moscho Polonorum princeps Craeviam per fraudem eripuit. Per inducias ambo duces apud Craeviam convenerunt. Boeslaus in convivio capus, luminibus privatur: comites ejusdem crudeliter necati, exceptis Urisbucensibus (Dubravius Verfovienses vocat) infidiarum consiliis, scelerisque participibus. Iidem quoque Jaurem Boeslai fratrem dolo necare conabantur. Cochares enim, adolescens fœm specie venationis in sylvam tractum ad stipitem arboris alligatum, sagittis confici jussur. Fama est, D. Joannem Baptistam ab eo precipibus exortum, hirsuto tegmine sagittas excepisse, uxoremque ejusdem per visum commonuisse, periclitanti viro operam ferret. Interea famulus F. principis Overa elapsus prodicionem populo exposuit. Qui proditoribus occisus, ducem saluum reduxit. In eo loco monasterium Ordinis S. Benedicti, quod Veliscam appellant, constructum, & ara majori ibi sita, ubi arbori religatus Janura fuerat. Zen. Sylvius in hist. Boem.

TORMENTA, BOMBARDÆ.

MATTHIA CORVINO Ung. rege Ebeffortum oppidum Austriae oppugnante, emissa ex urbe glans ferrea, turgumentum, in quo rex discumberet, tanta vi transverberavit, ut parum abfuerit, quin regem exanimaret. Bonifinus lib. 6. Dec. 4. Bellici tormenti usum habent Gothi, quod Blidam vocant. Eo fundè instar gravissima pondera emittuntur. Tradunt olim in obsidione urbis Calmarneſis Anum Gotham in tormentum quietis captandæ gratia se collocasse, & incaute soluto obice per aera in hostilem urbem emissam, divino nutu in sceni struam incolumem decidisse, & in multos annos supervixisse. Olavus lib. 11. c. 34. Septentr. regionum.

FERDINANDUM DAVALUM Piscarium S. Angeli oppidum oppugnante Deus prope temere ab aperto loco subeuntem G. haud dubie protexit. Nam plumbea glans infra costas adacta, miraculo quodam interiore in tunica segnis hæsit, & altera pilæ crassior ita caligam detexit, ut in crure livorem tantum cum gravi nota relinqueret. Sed nihil eo periculo terretus, instaurata pugna, decessitque defensoribus, oppidum cepit. Jovius lib. 5. in Piscario.

Novam arcem Neapolitanam Petri Navari ingenio cuniculis tormentario disiectis pulvere, Hispani intrarunt, & Gallos inopinato malo perterritos, per triumphalem portam in interiori arcis arcam refugientes, ita urgebant, ut occupatum pontem pondere degravantes à Gallis custodibus attolli prohiberent. In ea perturbatione Galli, æneâ celataque porte valvas indutis pelsulis turbæ irruptionem celeriter opposuerunt, adegeruntque item colubrinam ad fores, ut ea introribus dispolata, consentientium & in ponte, & in arca Hispanorum strages ederet. Sed admirabili casu pila ferrea in ipsa valvarum crassitie hæsit, non planè penetrato metallo, quæ hodie pro insigni miraculo peregrinis arcem invictibus ostenditur. Jovius in Consulato.

JULIUS II. Pont. cum Venetis contra Alfonso Ateſinum, H. Ferrariæ ducem, isto federe, occupatis aliquot jam oppidis, etiam Mirandulæ muro tormenta admovit, magno quidem salutis suæ periculo, cum ferrens globus majore tormento turre emissus, in ejus tabernaculum terrefactis familiaribus incidisset. Julius in vindictam exardens, prolato omni tormentorum apparatu, murum corona, & defensoribus nudavit, & Alexandro Trivulzio, qui præsidio præerat, deditionis necessitatem expressit, sic ut evocato ad colloquium M. Antonio Columna, in certam spem clementiæ oppidum salvis civibus dederit. Jovius in Alfonso Ateſino.

L A Q U E U S.

Avarus quidam thesaurum sub tecto occultaverat. Supervenit Prodigus, qui desperatis rebus, dum laqueum trabi aptat, thesaurum reperit, relictoque restè latus abiit. Avarus rediens, thesaurum non invento, laqueum à prodigo relictum collo aptat.

lo aptat. Sic de utroque Plato in Epigram. sic pharissus, c. A tiam Laerio teste:

Ἰσχυρὰ ἀνυπόβουτος, ἔμπεδος ἀνὰ τὸ χυμὸν ἢ τὸν ἄρτον ἐξ ἰσχυρῶ, ἢ τὸν ἄρτον ἐξ ἰσχυρῶ, Quod sic convertit Ausonius: Qui laqueum collo nesciebat, repperit aurum, Thesaurique loco deposuit laqueum. At qui considerat, postquam non repperit aurum, Aptavit collo quem repperit laqueum.

U I N A , S I V E

TERRAMOTUS.

Sub Trajano horribiles terramotus quatuor in Asia urbes (ut Eutropius ait lib. 10.) & tres Galatiæ supervererunt. Quo tempore & Antiochia, ubi tum fortè Imperator erat, & omnes prope Romani imperii nationes convenerant, sic concussa est, ut ipsi quoque vicini montes convulsi, inter quos Casius mons in Syria maximus fuit, subsederint, & fluvii defecerint, & terra horribilem quendam mugitum, & mare fremitum ediderit. B. tantusque fuerit & tetorum ruentium fragor, & hominum obrutorum clamor, & cum mixto pulvere caligo, ut nemo alterum vel videre, vel alloqui vel audire posset. Dion ipsum Imperatorem per miraculum servatum esse, cum ab aliquo humana statura majori inter tetorum ruinas per fenestram subtraheretur, narrat. Quævit dehinc aliquot dies ob formidinem sub die, & tabernaculis publicis in Hippodromo.

HENRICO III. imperante, terramotus quædam urbes adeo concusse sunt, ut Syracusis major basilica corruens, dum Versere celebrarentur, omnes, qui tum in templo aderant contriverit, duobus tantum divinitus servatis, Diacono scilicet, & Subdiacono. Platina Edificiorum.

SIMONIDES, cum apud Scopam in Cranone Theſſaliæ oppido conaret, & omnes discumbentes jam in medio convivio constitisset, nunciatum est, duos juvenes (Castorem, & Pollucem fuisse ferunt) venisse, qui Simonidem allocuturi evocarent. Ille egressus dum querit juvenes illos, interea cœnaculum, ubi epulabatur Scopus, corruit, & omnes, qui in eo conabant, obruti sunt. Val. Max. lib. 1. cap. de miraculis.

PINDARUS LYNICUS, cum in honorem Castoris, & Pollucis C. carmina scripsisset, simili ratione è convivio loco, cum ruina immineret, ne cum cæteris interiret, vocatus est. Solinus, c. 1. lib. 2. de Orat.

THERAMENES Atheniensis, cum in quadam domo versatus inde prodisset, illa subito lapsu corruit. Atque cum reliqui Atheniensis alii alibido ad eum confluerent, & inopinate salutis congratularentur, ille præter omnium opinionem respondit: O Jupiter, cui nam te temporis reservas? Nec multo post à tringinta tyrannis de medio sublatu est, coactus cicutam bibere. Elian. de Var. lib. 9.

HERODES Judæorum rex, cum Hierichunte convivium optinatus exhibuisset, peractaque cœna dimissis convivis recepisset se in cubiculum, triclinium illud, in quo cœnatum fuerat, jam vacuum, sine cuiusquam noxa concidit: quo factum est, ut omnes Herodem Deo charum crederent, ut qui miraculose servatus videretur è tanto periculo. Josephus l. 14. cap. 27. Antiq.

TIBERIO Imp. juxta Tarracinam in Prætorio, cui Speluncæ nomen erat, conante: complura, & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: multique convitatum, & ministrorum D. clis, præter spem evasit. Suet. in Tiberio.

Homicidæ ruinofum juxta murum dormientes nocte astitisse ajunt Serapin in somnis, & aliò migrare jussisse. Excitatus mutavit locum: & murus subito casu corruit. Manè salutis sacrificia diis ille faciebat, delectari putans deum homicidias. Sed iterum Serapis per noctem aftans dixit: Mortem sine dolore futuram nunc effugisti: at cruceum non effugies. Stob. in Epigr. Græc.

De Regulo, Martialis Epigrammatum lib. 1. hæc scribit: Hæc, que pulvere dispersa multo Longas porticus explicat ruinas, En quanto faciet absoluta casa. Tædis nam modo Regulus sub illis Gestatus fuerat, recesseratque. Vixta est pondere cum suo repente: Et postquam domino nihil timebat, Securo ruit incruenta damno. Tanta, Regula, post metum quærelæ,

Quis curam neget esse te decorum, Propter quem fuit innocentes ruina?

ARCADIUS Imperator paulò ante obitum, cum ædem quandam pulcherimam Constantinopoli videret (eam Marcianus vocant, quòd in ca media, arborum, ex qua Acacius martyr suspensus fuerat, spectaretur) & in vicino oratorio preces peregrisset: simulacris discessit, funditus diruta ædes illa concidit, nemine tamen læso, quamvis maxima multitudo propter Imperatorem eò confluxisset. Niceph. lib. 13. cap. 38. Sequatur autem exclamatio, ob preces pii principis, ruinam imminentem suspensam, tantamque multitudinem fuisse servatam. Paulus Diacon. lib. 15.

LUDOVICUS Pius Imper. anno 817. dum Aquigrani tertio die ante paschalia è templo redit, porticus publicia, per quam transibat, corruit, & Imperatorem & viginti optimates ruina operuit. Imperatoris auris dextra vulnerata, femur dextrum juxta genitalia trabe collisum: pars sinistra in pectoris capulo gladii afflicta: sed cura medicorum intra viceſimum diem curatus est. Avent. l. 4. An. Bojor. Sigon. lib. 4. regni Italiæ. Anno 1184. Fredericus I. Imp. Erphordia supra latrinam periclitatus est in conventu fratrum divi Petri, viz. harens ad cancellos fenestras feratas; cum confectis trabibus, multitudinem hominum non ferentibus, centum homines ex nobilibus perirent, in quibus Henricus de Syvarenburg Comes, qui exitus sui prælagio quodam habebat semper in ore: Si, inquit, hoc fecero, mergar in latrinam. Crantz. lib. 6. Sax. cap. 44. c. 1. lib. 7. Metrop. cap. 8.

Apud Flammarole mos Ribuariorum pagum, dum Ludovicus Bojorum rex in diversorio cœnaculum ascendit, contignatio vetustate laxata collabitur: Rexque tigno latus afflicto casu duas costas fregit. Aulicis continuo provolantibus, locumque detergentibus, ac purgantibus, illud profluit, se incolumem, dissimulato victoque dolore, proclamans. Avent. lib. 5. Annal. Bojor.

Arborum.

ISAACIUS COMNENUS, Impet. Constantinopolitanus, contra Scythas Pazinacas bellum gerens, cum sub quercu quadam cum primoribus consultaret, repente exortus est incerto audore magnus strepitus. Cum ergo omnes antonii fugissent, quæcus radicibus evulsa corruit. Ille Constantinopolim reverſus, D. Theclæ (cui dies illa, in qua periculum quercus effugerat, sacra erat) extruxit templum magnificentissimum, quod tamen postea pronepos illius Joannes Alexii filius deiecit, G. templum nimis magnificentum pro dignitate Theclæ existimans, & multo splendidius Christo Salvatori illi edificavit. Zen.

SOBESLAUS Boemorum princeps, cum in Lusacia per sylvam transiret, tantus repente ventus incubuit, ut radicibus evulsis arbores in terram prosterneret. Ex qua ruina septem itineris Comites amisit, nec ipse robore cadente intractus, Nam plagam à casu illius in læva manu accepit. Dabravius lib. 11.

CASUS EX ALTO PRÆCIPITIUM.

JOLE Herculis uxor repudiata à marito, è muro sese deiecit, Verum cum vehementes ventus amicum, quasi finem inflasset, illa descendit: ut scriptum reliquit Nicias Malcoia, in Plut. cap. 26. Parcl.

Puer jam casui proximus, à matre ostensa mamma servatus, Sic Antipater Theſſalus in 1. Epigr. sic pharissus. Παιδὸς ἀπ' ἄλλοθεν κεραιμὸν ὄντο ἀπὸ μὲν τῆς κηρύσσου τοῦτον ἰσχυρῶς ἀφῶνον, μὴτὲρ ἔβρισκε καὶ τὸν ἰσχυρῶς ἀφῶνον. Sic ἢ σὺν τῷ ἰσχυρῶ ὄντο γὰρ κα.

ARISTOMENES Mellenius Amyclis direptis rediens, Lacedæmoniorum manipulos dimidia parte plures cum ambobus regibus nactus, factò cum illis prælio, præsentem se animo defendens, & vulnera alia accepit, & lapidis ictu corruit. Lacedæmonii, semianimæ, & cum eo quinquaginta de ejus prætorii cohorte, captivos Spartam protraxer. Quos cum in Cædam abducendos censuissent (sic altè deſicientem fovæam vocant, in quam maximis criminibus capite damnatos præcipites mittunt) alii quidem omnes ad unum perire: Aristomenes verò scutum, cum namque virtutis opinione cum armis præcipitem dederit, reliquis nudis decessit, sua concavitate ærem concipiens, molliorem fecit casum. Alii advolasse dicunt aquilam, quæ cadentis corpus passis alis subiens, ita libraverit, ut omni ex parte illatus ad ejus barathri ima delatus fuerit. Exitus ei è tetro illo hiatus à vulpe monstratus est. Pausan. in Mess.

CLUSIA, Tuscorum regis filia, ne a Valerio Torquato violaretur, e turri sese dejecit. Ea tamen a vestibus tumefactis sospes in terram delata est. Ex Theophrasto lib. 3. Rer. Ital. Plut. cap. 28. Compar.

In oppugnatione Metulii, cum milites Augusti Imp. remissiores essent. Octavius arrepto clypeo per pontem cursu febratur. Sequuntur eum Agrippa, & alii priores. Tum militum pudore ducti, certatim eo advolant. Quorum pondere pons depressus, tum fragore, & strage hominum ab imo corruit: Inter quos Octavius crus dextrum, & utrumque brachium confuatus, in pedes sublatus, ex eminentiore loco sese militibus ostendit, ne ejus morte temere erepta praelium remitteretur. Sabel. lib. 9. Ev. 6.

MAXIMIANUS Vagajensis Episcopus in Africa orthodoxus, a Donatistis de excelsa turre dejectus, Dei beneficio sanatus restitutus, ad loca transmarina sese contulit. August. contra Cresconium lib. 3. cap. 43.

D. MARTINUS cum aliquando de cenaculo graviter lapsus esset, noctu visus est Angelus ejus vulnera abstergere, & unguento illinere. Manu integre convalescente deprehensus. Severus Sulp. in ejus vita.

MAGNUS SPORCIA cum Braccium Montonensem Martini V. Pp. auspiciis in Umbria persequeretur, & Capito oppidum defenderetur acerrime a Braccianis, adeo ut Sfortiani quater redintegrata pugna, & irrito semper conatu, multis acceptis vulneribus segnis murum subirent: id dedecus se praesente admitti minime ferens, comprehensam sua manu scalam mœnibus admovit, & subivit. Hostes in eum ingentia trabium pondera, molaresque lapides provolvebant. Decidit Sfortia de summo ferè muro deturbatus, adeo ut multis fomentis, vix post horæ spacium ad vitam sit revocatus. Eo tamen casu nequaquam intermissa pugna recruduit, insutitque ardore Sfortianorum militum corona muri occupata, oppidum est directum, & Bracciani duces capti, ipso propè spectante Braccio, qui latus opem cum magnis copiis adventabat. Jovius in vita Magni Sfortia.

PITUS II. Pont. Max. puerum penè triannu decidisse præcipiti loco, & propè exanimatum constat. Campanus in ejus vita.

CAROLUS V. Bononiæ inaugurandus, per pontem factitium, ut ab omnibus conspici posset, sub umbella cum ornatissimo procerum comitatu, ad templi vestibulum pervenit. Eo vix paucis passibus prætervecto, tabulata Pontis, prægravante prætorianorum turba, fracta sunt. Ibi plerique militibus immixti, fœdo casu procedentes, sese pilis, atque securibus induerunt. Minima tamen protumultu clades incidit. Sed in trepidè respiciens Cæsar, leuiter arriuit, ita ut fortunam suam certius agnosceret videretur, quæ ceptis, & votis omnibus benignissimè semper aspirasset. Sabellicus supplem. l. 12. ex Jovio. Inter eos Albertus Pigiuss. Batavus, homo doctus, qui contra Lutherum scripsit, & Adriani Pontificis fortunam secutus, Romæ vixerat. Jovius in Elog.

PHARMACUM.

PITUS II. Pontifex Mediolani cum in febrim incidisset, accepto pharmaco, penè consumptus profuvisio est. Cum alterum medicus supparasset, pyxide casu effracta periculo exemptus est. Campanus.

INEDIA.

Ex Tit. Servati in vita abellais, exempla quædam huc transferri poterunt. Item ex Titul. Pucri expositiui. Illic simpliciter Vita conservata habetur ratio: hic verò Instrumenti, per quod vita impugnabatur.

ELIAS Thesbitis Propheta apud Carith fluvium latens, & regione Jordanis, cum regio tota triennio integro fame miserè affligeretur, propter Achab regis idololatriam: corvos divinitus ei panem, atque carnem, manè, & vespere afferentes, habuit. 3. Reg. 17. Eidem in deserto Angelus panem, & aquam dormienti attulit: cujus cibi vi 40. diebus, & noctibus usque in montem Horeb iter fecit. 3. Reg. 19.

Roma, C. Quintio, M. Aelio Coss. Mulierem ingenuam prætor, capitali crimine damnatam, triumphum in carcere necandam tradidit. Eam receptam non protinus strangulavit, sed aditum ad eam filia, diligenter excussit, ne quid inferret, dedit. Intercedentibus autem diebus aliquot, cum miraretur sustentationem mulieris, cui nihil cibi subministraverat, animadvertit filiam exerto ubere famem matris, lactis sui subsidio lenientem. Quod ubi ad Consules delatum fuit, remissionem pœnæ filie pietas matri impetravit. Val. lib. 5. cap. 4. Sab. l. 3. cap. 6. & Plin. lib. 6. cap. 36.

Comates in Sicilia. Petesc Titul. Vita conservatio. S. Infelisi, apibus.

Cum Germanis Romanas provincias vexantibus Probus Imperat. resisteret, bello divinitus durante, ex penuria commeatibus periclitatus est. Fetur autem, maximo imbrì in castra ejus delato, multum quoque frumenti depluisse: quo Milites collecto, & famis periculum effugerint, & hostes profligavit. Zonaras Tom. 2. Annal.

COSROES rex Persarum cum Baza seditioso duce congressus, eum profligavit. Qui ex Baze federatis Turcica nationis erant, eos ad Mauricum Imperat. (cujus auxilio regnum recuperarat) misit: quorum multi cruce in frontibus gerebant, punctis supercilii in modum, insufoque atramento. Cujus rei quæstia causa, responderunt, superiori tempore, cum Turcarum gens fame periclitaretur, à Christiano quodam monito, nullum ex iis, qui cruce frontes signassent, fame perisse. Zonaras.

SITIS.

SAMSON mille viris afini maxilla intersectis, siti confectus maxima, rivo divinitus è maxilla profusente reficitur. Judicet. Joram Israelitarum rex cum Josaphat Judæorum rege contra Moabitis exercitum ducent per desertum Idumæ, septem diebus aqua desitutus miserè affligebatur. Elifæus vates consultus, fiduciam sibi canere jussit. Ejus cantus excitus, vi Sfortiam ei contra Moabitis denunciat, & postero die copiosissimam ex Idumæorum regione aquarum affusuram. Quod & factum est. Moabite exoriente jam sole aquam illam lustrantes, sanguinis in modum rubentem conspiciunt: Israhelitis motus se cædibus intersecte rati, ad castra eorum diripienda aggressi, ingentem stragem passi sunt. 4. Reg. 3.

MORBUS.

Vide Tit. Morborum cura, quatenus ex iis mors impendere videtur.

VENENUM.

Consule Locum proprium de Veneno.

SERVATI A MORTE, CONSIDERATA ACCIDENTALITER: RESPECTU TEMPORIS, ET LOCI.

PUTA.

In Templo, ad Aras, inter Sacra.

Icetes Leontinorum tyrannus obsidebat arcem Syracusanam, & frumentatione Corinthios prohibebat. Is duos milites externos ad interficiendum per insidias Timolontem ducent clam misit Adranum. Ille nec aliàs cingebat se statione armata, & tunc planè dei Adrani fiducia securè, & citra ullam suspensionem seriabatur cum Adranitis. Qui missi fuerant, cum forte sacrificium intellexissent, gladiis sub pallio succincti in templum concesserunt, immistisque circumstantibus aram, sensim moverunt propius. Tantum non his mutuo ad invadendum eum cohortantibus, quidam alterum eorum gladio secundum caput vulnerat. Quo prolabente, nec percussor restitit, nec focus faucis: sed ille gladium tenens ad rupem quandam profugit editam: altera apprehensa indicium totius rei profectus, fidem dari sibi petiit. Qua data indicavit se, & illum, qui fuerat occisus, ad ipsum interficiendum missos. Interea illum à rupe alii retraxerunt vociferantes nihil committendum, jure occisio illo homine, patri parentasse defuncto, H in quem prius in Leoninis interemerat ille, tellesque ex corona nonnullos citavit, stupentes artificum fortunæ, quæ aliorum ministerio alia movet, atque omnia, quamvis remota connectat, & complicit, his, quæ plurimum videntur dissidere, nec communione se sociata ulla: atque assidue illis ita mutuo utatur, ut vicissim alterius finis primordium sit alterius. Corinthiis huic homini præmium decem minas donaverunt, quod deo Timolontis tutelari justam iram suam commodasset, nec antè inveteratam illam simulatè effudisset, verum cum privata causa sua forte fortuna reservasset ad illius salutem. Præiens felicitas ipem quoque in futurum erexit spectatorem, ut velut sanctum virum, & ad vindicandum Siciliam à deo missum Timolontem veneraretur, ac custodia ejus sepirent. Plut. in Timol.

Paccianorum conjuratione Julianus Medices in templo D. Nunciatæ Florentinæ inter sacra confosus est. Laurentius fratrem vulnere non lethali accepto ad Mediceæ familie principalem dignitatem divinitus servatus est. Jovius.

In Judicio, Condemnationem effugere.

Vide Tit. Absoluti justè vel injustè. Illic Agentis, hic Patientis habetur ratio.

In Lecho, Cubiculo, Somno.

Cum quatuor proceres in Stephanum Ungarorum regem jam senem, & ob id remissius regni munia obeuntem, conjurassent, ex composito ex his unum imminente vespera, antequam lucerna adhiberetur, tecto gladio cubiculum regis clam ingrederentur. Dumque cauto gradui, ubi ille recumberet, inter tenebras percontaretur, nescio qua gladius incuria decidit, fragoremque non parvum edidit. Rex inquisita statim casus hujus causa, quamvis divinitus admonitus non ignoraret, emissarium tamen advocat: quid sibi velit, interrogat. At ille mox rem universam prostrato ante pedes corpore retere, amplexusque genua multis veniam lacrymis precatus est. Rex eum concessa impunitate dimisit. Ejus edicto in conjuratos subinde questum: de quibus re comperta pœnæ legitimæ sum exactæ. Bonfinius lib. 1. Dec. 2.

CONRADUS Cæsar Friderici II. F. Ratisponensis Episcopi arces incendiis vastaverat. Ergo cum Ratisponæ Natalem Dominum celebrasset, & cum quatuor famulis in cubiculo solus dormiret. Conradus de Hohenfels cum conjuratis irrupit, & in tenebris, tribus captivis abductis, duos intersectit, inter quos Cæsaerem quoque esse arbitrabatur. Verum Cæsar audito B tumultu, sub sella latibatur. Casu autem supervenit famulus, in quem impetum fecere: & sic tribus captis, duobus occisis, cum quinque tantum in cubiculo fuisset suspicarentur, Cæsar ille, abiit. Constat periculo liberatus, Abbas D. Haimeri agris, ac possessiones diripiuit, & flammis devastavit. Nec sævire in proximis cessavit, donec mors Friderici manifestaretur. Tum collectis copiis, maturans in Italiam, occupavit regnum Sicilia. Cusp.

ADELSTANUS Anglorum rex, contra Godofredum, & Anaplaphum Northumbrotrorum principes, quos regno expulerat, castra posuerat. Anaplaphus paucis suorum comitatus, mutato vestitu, in castra Anglica introivit, & noctu in tabernaculum regium incurrit, tanto impetu, ut Adelstani de somno excitaret. Qui, custodibus ad arma vocatis, gladium è vagina arripere conatur. Quo, ut in metu accidit, qui mentem consiliumque mortalibus eripit, forte non reperit, aliquantisper animi dubius, ut se humana ope desitutum sentit, divinum illic implorat: eodemque momento iterum ad vaginam manum admovet, inventoque ense, hostem aggreditur, ac facta strage, in fugam conicit. Ille gladium tanquam testis maximi Dei beneficii, diu inter regia instrumenta aservatus fuit. Polya. lib. 6.

Anno Christi 1236. unus ex militibus regis, ut acceptam à rege Anglorum Henrico III. injuriam vindicaret, & sine suspitione tempus, & locum edendi sceleris liberius observaret, fœdenter simulat. Erat per eos dies rex in Vodeshocano nocte. Qui, postquam annua accitè exploraverat, de media nocte accedens ad cubiculum, clam per fenestram introit, ac sero pulvinar frequenteribus ictibus percussit, arbitrans se regem fodere, qui ea nocte, ut forte accidit, cubiculum mutaverat. Cognita re ab una puella reginæ cubicularia, quæ vigilabat, factam, & cum clamore concursus regiorum ministrorum: qui hominem capiunt, captumque ad supplicium dandum trahunt. Ita nihil fuit propius factum, quam ut rex occideretur. Polya. lib. 16.

Contra Sigismundum Imp. Hungari proceres conspirant, & in societatem sceleris Mariam reginam, cui cum Imp. parum conveniebat, pertrahere studuerant. Simulat illa consensum. Noctū Imperatori rem totam detegit. In cubiculum ingressi conjurati, sic uti convenerat, Imp. non invento, delusi, comprehensi, pœnas dederunt. Bonf.

In Balneo. HERODUS Judæorum rex, pugna contra Antigonum commissa, fractus, in quoddam cubiculum lavatum abiit: ubi maximum discrimen adiit, quod tamen evasit. Deu providentia. Cum enim esset nudus, & unius tantum pucri ministerio lavaret, intus in eisdem adibus latebant quidam hostium armati, quos metus eò compulserat: dumque ille se abluisset, primus prodens stricto gladio per fores se proripit: deinde alter, & tertius armati furibundè, ad eò attoniti, ut illos rege contenti essent sibis ipsius fugam salutem quaerere. Josephus in libro 14.

In Venatione.

Ex Titulo, Servati à bellorum imperio, huc non pauca.

MAXIMILIANUS I. Imp. ut venationis studiosissimus fuit, ita stupenda quoque pericula adiit: ex quibus tamen omnibus divina bonitate liberatus est. Teite Theurdancko.

Argonautæ in Thraciam ad regnum Phineci profecti, duos Adolescentes offenderunt: qui virgis casti, vivi in terram defendiderant. Filii erant Phineci, & Cleopatra, quam ex Orithya Erechthei, ac Borea natam ferunt: Ida, Dardani Seytharum regis F. novæcæ falsis calumniis circumventi. Ergo ab Argonautis auxilium implorant. Qui cum Hercule in navent Boreades, Cleopatra fratres, propter cognationem primi ènavi auxilium adolescentibus tulere. Hercules Phineco, & pluribus aliis obruncatis, captaque regia, liberavit Cleopatram, & filios patrum regnum restituit. Quibus de novæcæ supplicium sumptis, suavit Hercules, ut ad patrem in Seythiam mitterent: rogarentque, ut ipse ob filie in injurias, puniendæ ejus auctor esset: Quo facto, Seytha natam morte multavit: Cleopatra filii apud Thracas tunc modestè gloriam tulere. Diod. lib. 4. cap. 3.

Cum Mitylenæ ab Atheniensibus ad Spartanos defecissent, & rursus à Pachete Athenensium duce subacti essent, decretum à populo Atheniensium factum est, ut missa ad Pachetem tritremi, Mitylenæ puberes ad unum omnes obruncarentur. At subit statim Atheniensis tam atrocis decreti penitentia, legatus Mitylenæ id suppliciter deprecantibus. Igitur altera tritremis ablegatur, quæ irrequieto cursu cum recentiore decreto in Lesbum tenderet, priusque decretum abrogaret. Satisque feliciter Mitylenæ cessit, quod decreto eadè jam lecto, altera lætioris nunciū Pacheti jam sese ad eadem expediendi supervenerit. Sabel. lib. 6. Enn. 3. ex Thucydide.

HERMOCRATES Syracusanus exul noctu clam occupavit Syracusas. Civis re cognita cum armis in forum concurrunt, Hermocratem, & maximam gregariorum partem obruncant, reliquos, qui ex ejus cædis tumultu evaserant, dice dista in judicium tractos exilio damnant. Eorum nonnullos ipsum periculum eo judicio liberavit, qui cum multis faucibus vulneribus essent, suere à cognatis, & parentibus denunciati pro mortuis, ne furorì populi obicerentur: in quibus Dionysium fuisse proditum est, qui post patriæ sibi dominationem vindicavit. Diod. lib. 13.

Die imbribus, aut turbine procelloso, vel fit tonitrua, aut venti ferent, vel fit in frequenti multitudine quispiam motus concideret comitorum die, cum populo agi non licebat: habitaque in his, & promotæ, tanquam fœda tempestas facta, dirimi oportebat augurum responso, qui, quid vitii intercessisset, renuntiabant, idque lege Alia, & Sufia. In hoc id fuit memoria proditum, cum Appius Pulcher ad populum causam diceret, quod navali prælio victus, per contemptum Religio-nis classem amississet, omnesque tribus in ejus noxam suffragia ferrent, beneficio tempestatis adiutum pœnam effugisse: nam subito imbrì, & turbine coorto, sublatis comitis judicium evasit. Alex. lib. 4. cap. 3.

JUNIO (aliis Ovinio) qui cohortis prætorie præfectus sub Nerone fuit, & apud Galbam plurimum potuit, juvenis adhuc cum prima stipendia sub Calvisio Sabino faceret, lascivam ducis uxorem noctu in castra veste militari testam intro-duxit, atque in principis stupravit. Ob id conjecit eum C. Cæsar in vincula: quo defuncto, magna cum felicitate est liberatus. Plut. in Galba.

Narrat Zonaras, Anastasium Imp. paulo ante obitum, nunciatis sibi insidiis, multos comprehendisse: atque inter alios Justinum, & Justinianum, qui post rerum potiti fuerat: atque H in animo habuisse, eos neci tradere: sed fœdè deterritum, cum vir terribilis ciastitise visus esset: Justinus, & Justiniano ne quid mali fecerit, nam uterque quo tempore Deo interservire illos crimine læsa majestatis absolvisse.

ROMANUS DIOGENES, rebus bello adversus Pazinacæ prælarè gestis, cognito Constantini Imperatoris obitu, se ad occupandum regnum parabat. Imperatrix Eudocia eum comprehendendum curavit. Byzantium perductus, ad tribunal Imperatorum damnandus sistebatur. Imperatrix ejus misera, sententiam damnatorum in absolutorem commutavit, & crimine solutum ex itinere in patriam revocatum Magistrum, & ducent copiarum assignavit, tandem quoque thori, & regni consortem ad-civit. Zonaras.

MICHAEL BALBUS comes Excubitorum in Leonem Armenium Imp. conspiravit. Captus ad ignem ducatur, comburendus in camino lavacri regii, Sed intercessione Imperatricis suppli-

supplicium post festum Nativitatis differtur. Rex ne elaberetur, claves vinculorum ad se recepit, ipsum tradens Papiam custodiendum. Uxori autem vehementer indignatus, quod hunc supplicium eximeret, a quo sibi timendum omnino esset: Tu, inquit, videris, & filii tui: praestaret multo & liberis, & regno nostro, illum nunc omni abiecta mora trucidari. Ea nocte, carcere ingressus, cum Michaelen somno profundo, & suavi oppressum nullam sollicitudinem praeseferentem offendisset, iram agitatione manus declaravit. Quod cum Papias cognovisset ex vigile, iram Imp. metuens, cum Michaeli conspiravit, & Imp. natalis Christi nocte trucidavit. *Zonaras.*

Capta à Totila Gothorum rege Roma, Rusticana, sive Justiniana mulier nobilis arrepta in iudicium est, quae Theoderici Regis status frangi, delerique fecisset, in patris Symmachi, & Boetii conjugis ultionem, qui Theoderici iussu fuerant interfecit. Factum est notum omnibus, plus tamen apud Clementem Totilam valuit mulieris pietas, & amor in defunctos, quam regia majestas: estque à Rege absoluta immunis. *Pracopius.*

LADISLAUS Hungariae rex ob occisum Ulricum Cilia Comitem duos Joannis Hunyadi Hungariae gubernatoris filios Buda cepit: Ladislaus securi percussus, Matthiam in vinculis Pragae secum duxerat. Ibi cum Magdalenae Francorum regis filiae nuptias expectat, peste seu veneno perit. Hungari Hunyadi rebus praclare gestis moniti, Michaeli Zylogo pro nepote intercedente, & armis quoque adversario terribante, reconciliationis prius inter proceres ob Ladislaum fecuri percussum peracta, Matthiam à Georgio Poggebracio Bohemiae gubernatore, & paulo post rege, liberatum in regem elegerunt. Ita Matthias XVII. natus annos, nono Kalen. Februarii, inter quadraginta milia virorum, qui medio in Danubio tum glacie constricto, impatientes magni frigoris, secreta electionis exitum expectabant, rex acclamatus est. Singulare proflus humanae inconstantiae documentum, ex duobus adolescentulis, aetate, moribusque penè paribus, alter ex regio folio, dum novae nuptiae thalamum exornat, defertur ad tumulum: alter, dum capitale iudicium trepidus expectat, ex carcere vocatur ad regnum. *Aetas Sylvius, cap. 1. Europeae.*

De Proelio.

LETRUS unus ex omnibus Beotorum duobus à bello Trojano domum rediit. Corpus sepulchrum Plataeis in sacello Cereris Hleustinae fuit. *Pausanias in Baeot.*

Athenienses in Aeginae tritremem miserant, ad repetendas status quaedam Epidauriis ablatas. Aeginetae Argivorum ope implorantur, qui exercitum Atheniensium ad internecionem acciderunt, Utheo tamen superstitie. Qui cum Athenas se recepisset, clademque renuntiasset, ab uxoribus interemptorum fibulis vestimentorum fuit occisus. *Herod. lib. 8.*

Argivis, & Lacedaemoniis bello inter se de agro Thyreatide disceptantibus, judicantur Amphychiones, ut utrique acie decernerent, cessurum victoribus agrum. Igitur eraverunt Othyadem Lacedaemonii ducem, Argivi Therandrum. Commissa pugna, duo ex Argivis superstites fuerunt, Agenor, & Chironius, qui victoriam civitati suae annuncia vere. Solitudine facta Othyades ex cadaveribus excitavit se, semitactisque inniens hastis, spoliavit caesorum corpora, ac clypeos eis detraxit, erectoque trophaeum sanguine suo inscripsit, Jovi Victori. Moventibus illis duobus controversiam, Amphychiones te inspecta secundum Lacedaemonios pronunciaerunt, quod apud Chryserum extat *lib. 3. rerum Pelopon.* *Plutarch. de Graec. & Rom. compar.*

Romani inito cum Samnitibus bello ducem Posthumium Albinum legere. Hic ad furcas Caudinas (locus est angustissimus) insidias exceptus, tres armati legiones, atque ipse vulneribus accepto cecidit. Nocte adultera aliquantulum recepto spiritu, detraxit hostium cadaveribus clypeos, tinctaque in sanguine manu trophaeum excitavit, cum hac inscriptione. Romani de Samnitibus Jovi Victori. At Marcus cognomento Gurgus dum missus, conspecto trophaeo accepit laetum augurium, signisque collatis victoriam retulit: ac regem, qui captus fuit, Romanis misit: ut est apud *Aristidem lib. 3. de reb. Ita. Idem.*

LEVINUS consul Rom. prope Sirin amnem Pyrho Epitotum regi occidit. Oplacus Italus, alze Perontans praefectus regem ex insigni crista, & hircinis cornibus agniti observans, infesta cum lancea percutit. Pyrhos vitandis cauta peri-

culi chlamydem suam, & arma uni tradidit ex amicis Megaceli, & armis illius quodammodo textit se, atque ita incurrit in E Romanos. *Plut. in Pyrho.*

BANTUS Nolanus nobilitate, & virtute praestans, cum accerimè ad Cannas pro Roma certasset, multis intersectis hostium ad postremum in acerbo caesorum cadaverum inventus, & cooperus jaculis, ab Hannibale virtutis ergo honoratus fuit, & non modo sine precio domum remissus, sed addita insuper dona, atque jus cum eo amicitiae, & hospitii contra eum. Ob eius gratiam meriti unus post fuit eorum, qui trahebant rem ad Annibalem, pollenque opibus populam ad res novas sollicitabat. Et pertraxisset sane, nisi M. Marcellus Praetor cum prudentia, & humanitate sua Romanis reconciliasset. *Plut. in Marcelli vita.*

L. SYLLA civili bello cum alios hostium duces egregie profugasset, à Telesino Samnite, qui praeter expectationem omnium Roman adoriebatur, fere obitus est. In ipso certamine cum cornu sinistro laboranti, & inclinato iret subsidio, albo equo infensus feroci, & pernicissimo, in eum hinc cognatum duo ex hostibus lanceas commixti ad emittendum direxerunt. Id non advertit ille, sed verberato ab equis equo haerens est praeraptus, ut secundum caudam equi spicula delapsa defugerent in solium. *Plut. in Sylla.*

C. JUL. CAESAR consul quartum designatus, in Hispaniam cum exercitu profectus est contra Pompeii liberos: qui licet juvenes etiamnum, immensum tamen numero coegerant exercitum, animosque ostendebant ei imperando pares. Unde in periculum extremum est adductus Caesar. Magnus confidit est ad urbem Mundam commisit: in quo inclinatam aciem suam Caesari, & aegre resistentem cernens, clamavit per medios discurrens armatos, & ordinis: Equid eos pederet, quod pueris fere proditum irent? Hostibus tandem acri contentione pulsus, tringinta milia ex illis oppretit, ex suis mille desideravit fortissimos quoque Revectit à pugna dixit ad amicos, saepe se pro victoria, in praesentia vero pro vita primum dimicasse. Hanc victoriam obtinuit Saturnalis: quibus Pompejus Magnus quoque ad bellum profectus dicitur, spacio annorum quatuor interiecto. Ex Pompeii libris minor est elapsus. Majoris paucis post diebus Didius captus retulit. Hoc Caesari bellum gessit novissimum. *Plut. in Caesari.*

TRAJANUS Imper. rebellantes in Arabia Agarenos adortus, cum urbi Agare aequicavit sine regio ornata, vulneratus penè fuit: ex canicie namque, orique venerandi majestatis hostibus conjectura cognovit. In eum igitur, quem principem suspicatus erat, sagittas adeo frequenter conjecit, ut equitem, qui post Caesarem sequebatur, transigerent. *Cassiodorus.*

AURELIUS AMBRASIUS unus propemodum superstiti cedi, qui Valentiniano III. imperante Romani à Saxombus in Anglia sublati sunt. Ergo sumpta purpura, & Imperatoris appellacione recepta, & aliquantulum post Saxombus bellavit: sed postremo acie victus occubuit. *Idem.*

RODOLPHUS Habspurgensis Comitum Burgundiae bello aggressus, circa Motarum ab equo dejectus, armatus in lacum insiliit, & miro corporis robore evasit. Cum enim procerus esset, palis innixus adhaesit. Ab flatuanno de Vvalde deductus Friburgum delatus, auxilioque fecerit Bernardi de Hohemburg collectis milibus ex omni Svevia, amissa recuperavit. Mortuum ac Paternicum expugnavit. *Cassiodorus.*

Idem: Jacobi Mulleti Ligurini fortitudine, atque fide contra Baronem Regenpergium pugnavit, multaque vulnibus auctus, & à suis plerique desertus, equo suo impolitus, & ex hostium manibus liberatus est. *Stumpfius.*

MAGNUS SPORITA versatus est longe maximo vite discrimine, cum media in urbe Roma continuato per tres dies ducento certamine pugnaratur adversus Urinos, contra urgentibus Columbus, atque Sabellis, quibus Storta dudaverat. Non longe enim à Minervae templo, quatuor ad Emilianam artem, è fenestra ingenti saxo brachium ictus, adeo vehementi dolore, convulsisque nervis, obortaque oculis caligine, ut exanimatus ab equo proroneret, & à suis pariter, ac hostibus fodee proculcaretur. Sed vir nequamquam dolore victus, in genu sese fonsit erexit, laevaque proximi equitis Jora stapedis comprehendit. Ierat Laurentius eques Romanus, cognomento Sardus, qui clava ferrea obvios percutiens, ut opeum ferret, perturbatis, distichisque hostibus, ad sfortiam ferocem equum adegerat, cohortans, & movens, ut galce bucculam elevaret, raptarique se equi viribus pateretur. Atque ita correptus per bucculam, innixusque stapedis Jora, aegre pertrahente Sardo, in pacatum locum pervenit, magno prioris miraculo servatas, inatuaque: quandoquidem quadraginta amplius diebus cum

cum brachii, in dextra manus sensu, usque caruerit. *Jovius in vita Magni Sporige.*

SOCIORUM. PAUCI & MULTIS SERVATI.

Ex praecedente Tit. In praelio servatorum, buc quadam.

SAUL ex prodicione Doeg adversus Achimelech Sacerdotem ira accensus, quod Davidi fugienti, & victum, & Goliath gladium suppeditasset, satellitibus suis, ut Sacerdotes interficerent, imperavit. Quibus cunctantibus, Doeg iussu regis eos invasit, 85. (aut ut *Josephus, 305.*) peremit, Nobam oppidum ferro delevit, nulli atati, sexuive, ne brutis quidem parcens. Solus Achimelech F. Abiathar ephod sacrosandum arripens evasit, & Ceilam ad Davidem fugit. *1. Reg. 22. & Josephus lib. 6. Antiq. c. 14.*

Alato Moravia oppido, Urquhart hodie dicto, ab Eduardo I. Anglorum rege, in subigenda Scotia capto, caesi omnes mortales: una duntaxat femina praegnantem excepit, quam hostes ob foetus reverentiam verebantur vita privare. Erat ea Alexandri B. Bois loci eius domini uxor: sed quae habitum mutaverat. Itaque in Hebrides extemplo abiit, inde in Hiberniam, ubi & peperit filium. Qui aliquot post annos pro Robertum Brusium pulsus Angliis in patriam rediit: & hereditatem paternam restituit sibi perit. Robertus ne semel assignata fortibus visis premia repeteret, neve justum haereditatis fortunae jus excluderet, agros, ac pradia quadam in Mariae illi donavit, haud quaquam amissis inferiora. Cognomen vero illi pro Bois Forbeid indidit, quoniam eo loci urium immanem conceperat. *H. Boetius lib. 14.*

MORTIS EVITATAE. DEPULE MODUS.

Ut patet.

DIVINATIONE.

Huc confert Tit. Divinatione periculi vitandi: quatenus

SIMONIDES cum cadaver mortuum sepelivisset, ab eo in somnis admontus, ne se mani committeret, naufragium effugit. *Val. Max. 1. c. 7. Cic. 1. de Divin.*

Cum ob tyrannidem Anatasilii Imp. multae fierent contra ipsum conspirationes, multi vult depreheni: inter quos fuit Justinus, & Justinianus, qui ambo post imperarunt. Eos cum interficere delibaret, nocte specie horribilis ejusdem viri deterritus est, qui dicebat illi vilius est, in somnis: Justinus, & Justiniano nil facias mali, quandoquidem uterque suis temporibus Deo serviet. Ob id Anatasilis illis culpam remisit. *Cassiodorus.*

INDICIO.

Captis à Cyro Sardis, cum miles gregarius Persa stricto acinae Cresfo Lydotum regi immineret, filius ejus mutus antea magnitudine periculi paterni in viciem insolentem prorupit, & dicitur per se in *Koiares*, & sic vitam patri servavit. *Herod.*

Trogois auctor est, Xerses ob res in Graecia infeliciter gestas, adeo inter suos evulsiisse, ut Artabanum spem nactus occupanti regi, septem filios stipatus cum in regia trucidaverit: mox Artorxerem amaram in Darii fratris interitum. Quo sublato etiam Artorxerem dolo necare volens, assumpti in consilii societatem Bacchabasilium quendam. Is praesertit rerum statu contentus, rem omnem ad Artorxerem delert, doctoque insuper, patrem ab Artaban, & filius interfecit, fratremque fassa caedis suspicione peremptum postremo, quae ab ipso cedis auctore parentur, ordine explicat. Artorxeris natorem Artaban gregem veritus, non velli inferendi specie ingentem contraxit exercitum. Tum ibi tanquam copias recogniturus, armis testis in medium processit, Artabanumque familiariter compellans, seque breviorum habere loriam, quam ut sine tadio gestati posset quiescere: Vellem, inquit, tuam mecum commutare. Paruit Artabanus, confestimque suam ibi coram exiit. Rex hominem in iuriam opportum ferro transfixit, filioque simul vinciri imperavit. *Sab. 3. Eon. 3.*

Cum Dario in Cilicia superato praeda capta Damasci fuisset, multis captivis in castra adductis, mulier inter captivos reperita fuit genere Pydnae, eximia forma, Antigone dicta. Hanc tenebat Philotas Parmenionis F. qui ut juvenis, apud amicum & per vinum arrogavit, quicquid praclare effert gestum, sibi, *L. B. Theatr. vitae Hum. Tom. VII.*

& patri. Alexandrum appellavit adolescentulum, qui inפור beneficium nomen regis teneret. Hac mulier illa familiariter euidam enunciarit: ille, ut fit, alteri ita ad Craterum tandem est perlatus. Ille mulierem clam introduxit ad Alexandrum Magnum. Qui his auditis, consuetudine ut eam jussit Philotae: & quicquid intellexisset ex eo, id ut mox ad se deferret. Eadem tempestate Macedo nomine Dimnus, Chalchraus, capitales Alexandro infidias struens, adolescentem quendam Nicomachum, cujus flagrabat amore, invitavit ad consilii societatem. Qui cum id repudiasset, & fratri indicasset Balino tentatum se: ille ad Philotam profectus, petiit introduci se cum fratre ad Alexandrum. Ille non introduxit ad illum, majoribus negotiis regem districtum causatus: Bis id fecere: Itaque cepit iis Philotas esse suspectus: & ad alium conversi, atque per eum ad Alexandrum immisisti, primum Dimni conjurationem delulerunt, deinde obiter ad eum, cum bis interpellasset Philotam, non fuisse rem ei cura. Enimvero id Alexandrum simulavit: atque ubi ille, qui ad comprehendendum Dimnum missus erat, defendentem se interfecit: impendio magis est commotus, iudicem ratus amissus inite in se conspirationis. Regis in Philotam exacerbatus animus, concitavit veteres inimicos ejus, quorum instinctu Philotas tortus fuit, assentibus quaestioni regis amicis, & Alexandro pone obtentam altazam fors exaudiente. Necato Philota, Parmenionem quoque certis misit in Mediam, qui interficerent virum, qui magnificas amicis ad transigendum in Asiam incitaverat Alexandrum. Ex tribus filiis, quos in castris habuit, duos autem videlicet defunctos: cum tertio est una trucidatus. *Plut. in Alex.*

MAGNENTIOS tyrannus à Constantino Imp. victus, & à suis desertus, sciarum multis pollicitationibus Antiochiam misit, ut Gallum Caesarem Constantii patrualem in Oriente confederet: qua re patrata, cogereur Constantius propter Persas, relictae Hesperiae rebus, Orientem petere. Sed res prodita per verulam: in cujus domo parricida, ubi in caena liberalibus bibisset, rem quibusdam communicaverat: quae Gallo singulari delatit. Comprehenso omnes supremo sunt affecti supplicio, *Cuspinianus.*

BASILIUS PECTES, cum eadem Leonis Philosopho Imp. meditareur, arcanum suum Samonae expositum cubiculario, origine Agareno. Samonas itacum Imp. totam infidiarum rationem detexit. Imperator illico Basilium in Macedonia amandant, veluti Zoae Imperatricis amice suae è visis egressi ibi iusta curaturum. Paulo post revocatum inquisitioni subdidit, convictumque, per mediam urbem in triumpho duxit, Athenasque relegavit. Inde universo senatu convocato, Samonam protopatriarii munere decoravit. *Cedren.*

Conjuraverant contra Petrum Medicum Florentinorum principem nobilissimi quique, & potentissimi cives, syngrapham quoque à sociis conjurationis exegerant, ne fidem fallere possent: nec dubium erat, quin Medicum familia eo tempore peritura fuerit, si conjuratio occultari potuisset. Erat in numero conjuratorum Nicolaus Fedinus ex scribarum ordine: cui negotium datum erat, ea, quae à principibus conjurationis agebantur, perferibendi. Is sine sua sponte ad uberioris quaestus spem animum adiecit: sive à Petri amicis sollicitatus magnitudine praemii esset: accepta fide, fraudi nunquam futurum, quod cum Medicum ad veritatis societatem confisset, fatali urbis servitute confectus. *Brut. lib. 3. Biffor. Flor.*

Bello, quod Mathias Hungariae rex contra Stephanum Vaidodem Moldaviae gessit, Valachorum XII. milia Ungaros noctu opprimere statuerant. Et successisset dolus, nisi Sythothus quidam Ungarus ad regem adductus, qui rerum omnium ignarus in Moldavia ob privata negotia propebat, Valachorum facinore intellecto, summa celeritate illos prevenisset, & Mathiam ea de re admonuisset. Valachi nocte interrupta oppidum adorti, excitato tribus in locis incendio, irumpunt. Sed Ungarorum vigilantia, & fortitudine repulsi sunt. Sic unus hominis fide invicti regis exercitus servatus est. *Bonfinius lib. 1. Dec.*

JOANNA, regina Neapolitana, Ladislai defuncti regis soror, ut impudiciae probra accepti conjugis imagine tegeret, Jacobo Martiae Comiti, viro è Narbonensi Gallia regis natalibus orto nupsit. Ille Neapolim veniens, Magnum Stortiam, quasi reginae consuetudine uteretur, delatum, in carcerem conjecit: *000 sed*

sed & reginam in custodia continuit, folis Gallis cuncta de-
 A ferens. Italicos homines usque ad fastidium reiiciens atque con-
 temens. Hac indignitate permotus Julius Cæsar Capuanus,
 cuius perfidia præcipue sfortia in carcerem erat coniectus, Re-
 ginam adit, communis omnium miseriam desolat. quibus se pre-
 buisse inquit fatetur: sed accepta fide serio promittit consola-
 tionem se sua manu pseudo-regem, ut reginam simul, & patriam
 à barbarorum tyrannide liberet. Regina fides lachrymis, &
 præbita dextra, ad se triduo reverti iussit, ut cuncta interim
 aptius instruerentur. Non oblita autem illo potissimum aucto-
 re, & necatum Pandulphum Alopum amatorem, cuius memo-
 riam occultis stictibus assidue percolebat, & sfortiam turo-
 rem regi tormentis excruciatum, seque adeo regio fastigio de-
 jectam, in custodia barbaris traditam: detulit cuncta ordine
 ad maritum, ut incorrupti amoris fidem animo eius inferret.
 Jacobus compositis infidiis in Regina cubiculo Julium Cæsa-
 rem eadem de patrandæ cæde promittentem conopeo testus au-
 dit. Proflentibus igitur armatis, exemplo Cæsar est com-
 prehensus, & in foro securi percussus. *Jovius in vita Magni
 Sfortia.*

PERSUASIONE.

B JOSEPHUS Galilææ præfectus, vir fortiss. escifa Jotapata, in
 spelunca quadam cum xl. viris latens, sorte ducta mutus vulne-
 ribus contectis reliquis, ipse divinitus cum socio servatus est.

¶ Vide Tit. Capti ab hostibus, ex Josephi lib. 3.
 cap. 14. belli Judæici.

ADULATIONE.

ULYSSES, destruda jam Troja, cum domum navigaret, ven-
 torum procellis à vera via in Siciliam abjectus fuit: ubi Poly-
 phemus, & cæteri Cyclopes, homines feri, & immanes, nec
 Deum, nec homines curantes, vivebant. Inveniens autem ibi
 servientes, ut captivos, cum Saryros Bacchi olim Ministros,
 tum quoque senem Silenum Bacchi alumnus, & pedagogum,
 vino dato, agnos, lac, & caseos contra in cibum, absente Poly-
 phemo tunc in leonum venatione, à Sileno accipit. Quæ cum
 essentur jam, superveniens de improvviso Polyphemus, cau-
 sam quare ex antro, quæ sua sunt, essentur percontari incipit.
 Ei Silenus perterritus, cum quod responderet subito non ha-
 beret: metuens dominum crudelem, & tyrannicum, Ulysses
 ut pradonem inculat. Ergo cum Polyphemus, hospitem om-
 C nium mactator, dictis Sileni facile acquiesceret, Ulyssis necem
 simul, & sociis minatur. Deinde cum interfectis duobus
 Ulyssis sociis, prandium jam inde præparasset, Ulysses qui
 dicitur, id est, nullum nominabat, cum ei de vino Maroneo
 mulcum bibere dedisset, & jam in somnum gravatus vino con-
 versus esset, trunco oleagineo præstolo oculum, quem unicum
 in medio frontis habebat, effodit: & sic cædem sociorum ul-
 tus, unâ cum Sileno, & Saryris, & superstitibus adhuc sociis,
 illudens & insultans cæco Polyphemo, salvus, & incolomis au-
 fugit. *Euripides in Cyclope.*

Domitius Afer, mortis periculo proximus, mirabiliter evasit.
 Nam cum Cæsar Caligula in curia longam contra eum oratio-
 nem recitaret (omnes enim oratores se vincere putabat, & Do-
 mitium virum eloquentiss. superare conabatur) neque quic-
 quam contra dixit, neque se defendit, sed eloquentiam hominis
 se mitari, eaque obstupescere simulans, orabat, & suppli-
 cabat, seque oratorem magis timere, quam Cæsarem, profitebatur.
 Quibus rebus Caligula delectatus, & Domitium à se dicen-
 D di vi superatum credens, irasci desistit. *Zonaras.*

DEFENSIONE.

Cum in fenatu Caclianarios C. Jul. Cæsar defendisset contra
 Catonem: ei curia exenti multi ex juventute, qui tunc Cice-
 ronem consulem stipabant, concursu facto intentabant stridos
 gladios. Vt enim Curio ibi dicitur toga sua eum texisse, & cri-
 puisse: atque ipse Cicero, intentibus eum juvenibus, cedem
 vel populi metu, vel quod profusus iniquam, & violentam arbi-
 traretur, abnuisse. *Plut. in Cæsare.*

ASPECTU TORVO.

C. MARIUS, cum ex civili pugna prima solus fugeretur, Min-
 turnas Campaniæ oppidum pervenit. Minturnenses eum, ut
 gratum Syllæ victori facerent, immisso percussore tollere de-
 creverant. Cùmque is aspectu, & increpatione Marii fugisset,
 in religionem oppidanis venit, tanquam in numinum prote-
 ctione Marius esset. Ita eum ad proximum oppido lucum pro-
 duxerant, qui Maricæ Dæz (sive Circe illa, sive Venus, sive

Fauni uxor fuit) sacer erat, ut inde, quod liberet, abiret. *Plut.
 in vita Marii. Vellejus paludem Maricæ dicit. L. Vives in lib. 2.
 August. de Civit. Dei capite 23.*

HABITU SIMULATO.

DOMITIANUS Imp. sub bello Vitelliano confugit in Capito-
 lium, cum patre Sabino, ac parte præsentium copiarum. Sed
 irumpentibus adversariis, & ardente templo, apud aditum
 clam pernoctavit: ac manè liliaci velatus habitu, interque la-
 crificulos vanæ superstitionis, cum se trans Tiberim ad condit-
 cipuli sui vestrum comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutan-
 ribus, qui vestigia subsæcanti erant, deprehendi non poterit.
Suetonius.

FUNERE SIMULATO.

ÆSON cum Peliam patruum Thessaliæ regnum totum sibi
 vindicare vidisset, metuens filio Jasoni, eum sub foneris specie
 à mulierculis tanquam mortuum effecti, & Chironi Centauro
 educandum tradi curavit per xx. annos. *Pindarus ode 4. Pu-
 btorum.*

MORTIS ACCELERATÆ.

VITE AMISSE MODUS.

¶ Vide Miracula Hæreticorum.

* Vitis. Vinca.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VITIS æquinos Græcè, frutex est ferens vinum, unde &
 nomen accepit, quoniam Varro l. 1. c. 2. dicitam vitem vel-
 lit, quod ad uvas percipiendas invitet. Accipitur autem præter-
 tum in numero plurali, non pro unico frutice, sed pro loco con-
 sito pluribus plantis viniferis, quem vineam communiter dici-
 mus, & vinea. Transferitur autem hæc vox etiam ad signifi-
 candam Ecclesiam: & ita à Christo usurpatur *Matth. 20.* in pa-
 parabola operariorum ad vineam islorum.

Ubi *Sanctus Gregorius*, per patrem familias Deum intelligit:
 Qui habet, inquit, vineam, universalem scilicet Ecclesiam, quæ
 ab Abel iusto usque ad ultimum electum, qui in fine mundi na-
 sciturus est, quot sanctos protulit, tot quasi palmites emittit. *hom.
 19. post prim. in Evangelia, & frequenter apud Prophetas usur-
 patur hæc vox pro Judæorum Synagoga, ac fidelium cœtu.*

Loca Vitifera. ¶ Quare Loca vitifera considerata.

Quam autem fecunda fuerit terra Chanaan in producendis
 uvis, ex eo constare poterit, quod exploratores missi à Moyse
 unicum uvam cum palmitibus abscissam in veste portaverunt. *Num.
 cap. 12.* quod indicium erat terram illam esse fertilissimam, &
 maximam vitiferam. *Sic Plinius lib. 14.* ait, in Asia interiori nasci
 uvas magnitudine uberis vaccini, ollæ, immo pueri infantis.

Amplius narrant *Euphorus*, in *Metropolitanis* apud *Stepha-
 num lib. de urbibus*, scilicet in Eucarpia minori Asia oppido
 tam immanes nasci racemos, ut singuli iusta sint singulis curri-
 bus pondera, ita ut unus tantum racemi vectura quandoque
 curru contractus conciderit, atque inde urbem Eucarpiam, id
 est, sterilem esse dicitur; ideoque veteres dicitur, urbem hanc
 à Jove datam fuisse Cereri, & Baccho ad inhabitandum, sed pu-
 tidem incidisse, & evanuisse. Ecquid mirum? Nota est Gre-
 gorium fides, Græcosque græcari, & fabulari solitos scimus. Un-
 de Græciam mendacem multa audere in historia, scribit *Juven-
 nalis*. Credibilis *Sirabo lib. 2.* botros uvarum commemorat,
 qui singuli bipedali viti longitudine.

Item *lib. 11. cap. 15.* tradit in Mauritania, & Carmania bo-
 tros nasci, qui ad duos cubitos in longum extendantur.

VITIUM CULTURA.

¶ Pete ex Loco de Vitis, ubi de illius Inventione,
 Cultura, &c.

Advertit Ulpianus, inter leges Romuli five xtr. Tabul. etiam
 cultura vinearum provium fuisse lege xii. quando per eam ve-
 tatur, ne tignum junctum ædibus, vineis que solveret, ne
 scilicet per hoc aut ædificia eo prætextu diruantur, aut vinearum
 cultura turbaretur. Scribit *Ammian. Marcellinus lib. 14.* tem-
 pore Constantini Imp. maximas fuisse fædiones propter ino-
 piam vini.

¶ Vide infra Cura.

ODIUM.

Fuere etiam Principes Romani, qui vineis eruentis inten-
 dent.

derent, quorum quidam vinea succidi iussit, alius ne quis
 A novellaret mandavit. Referret *F. Balduin. comment. in leg. xlii.
 Tab. leg. xlii.*

A M O R.

ACHAB Rex summo desiderio ferebatur in vineam Naboth
 Jezrahelitz, quam habebat in Jezrahel juxta Palatium Regis;
 sic, ut illi offerret meliorem, aut pretium argenti, quanto æsti-
 manda erat. Cui petitioni Naboth non acquievit, quod eam
 vineam hereditate accepisset à parentibus. Unde indignatus
 Achab, consilio Jezabelis uxoris, qui virum suum tanto il-
 lius amore detineret, votoque frustrati non subsinebat; ipsum
 Naboth cum læsa majestatis ream, ementis falsorum testi-
 fiium depositionibus obrui lapidibus iussit, & ita vinea viri
 innocens nesciat, non diu tamen, potius fuit. *Libro 3. Reg.
 capite 21.*

C U R A.

In Exodo Deus præcepit, si quis vineam proximi læserit di-
 B mittendo jumentum suum, ita ut depascatur aliena, quod opti-
 ma, quæ in vinea sua habebit, restituet. *cap. 22.*

Rursus ingressus vineam, inquit, quod de spicis etiam intel-
 lexit Abulen. proximi tui, comedere uvas quantum tibi placuerit:
 foras autem ne efferas tecum, quod passim hodie observatur in
 Regionibus viniferis. *Deut. c. 23.*

Denique mandat, ne feras vineam tuam altero femine. *Ibidem
 cap. 22.* Solent enim inter ordines vitium feminati grana. Vult
 ergo ne diversæ speciei grana inter eas fermentent. Causam dat,
 ne uvæ aut, & legetes pariter sanctificentur, id est, polluantur,
 quia ex vitia hac fatio mixtura à Deo veteritorum immunde
 censebatur, & velut pollueret vicinas uvas, quas contingunt, &
 ambiunt. Ita *Cornelius à Lapide in illum locum.*

* M Y S T E R I A.

ET PORTENTA.

Vitium cultura non ad usum duntaxat, sed & ad my-
 sterium nonnumquam usurpata. Diximus in loco de Vitis, pri-
 mum, qui vineam plantavit, id est, excoluit, & in vinea di-
 strubuisse, ac vinum ex uvis expressisse legitur, fuisse Noe sta-
 tum post Diluvium: quom quidem vitem ab illo plantatam,
 figuram præfigura se crucis Christi, Patres docent. S. Cy-
 prianus hæc de ea notatu digna literis commendavit: Inveni-
 mus, inquit, & in Genesi cruce Sacramentum Noe hoc idem
 præcurrit, & figuram Dominicæ Passionis illius extitisse;
 quod vinum bibit, quod inebriatus est, quod fuit recumbens
 nudus, & patibulus formosus, quod nuditas illa patris
 modo filio denotata est, & foras nunciata; à duobus vero,
 majore, & minore, coniecta; & cætera; à quæ necesse non
 est exequi; cum satis sit hoc solum complecti, quod Noe ty-
 pum futuræ veritatis ostendens, non aquam, sed vinum bi-
 berit, & sic imaginem Dominicæ passionis expresserit. Hæc
 ille. Verum totum hoc mysterium fulius, atque apertius *San-
 ctus Hieronymus* postea his verbis explicavit: Post diluvium
 mundi istius, inquit, bibit Noe, & inebriatus est in domo
 sua, & denudata sunt femora ejus, & ejus apparuit turpido.
 Et venit frater major, & irrisit à fratre autem minor texit. Hoc
 totum dicitur de Salvatore, quoniam dicebat in cruce Passio-
 nis: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Bibit,
 & inebriatus est, & denudata sunt femora ejus, & apparuit
 ignominia crucis. Venit frater major, populus Judæorum, &
 irrisit, & minor populus de gentibus texit ignominiam, & c.
Epist. 63. de Sacram. Dom. Calicis, ad Cælium Vener. quoque
Beda in questionibus super Genesim, hujus vitis, & ebrietatis
 Noe mysteria sustulit, & magis appositè quam reliqui, cruci, &
 Passioni Dominicæ applicans, inquit. Jam verò id, quod post
 diluvium de vinea, quam plantavit Noe, inebriatus est, & nuda-
 tus est in domo sua, cum non appareret Christi esse figuram? Qui
 inebriatus est, dum passus est & nudatus est, dum crucifixus est
 in domo, id est, in Gente sua, & in domesticis sanguinis sui,
 utpote Judæis, &c.

Prepositus pincernarum Pharaonis Egypti, traditus cucto-
 diaz, in qua erat Joseph, viderat somnium, quod ita describitur:
Genes. cap. 40. Videbamus, inquiebat, coram me vitem,
 in qua erant tres propagines, creverunt paulatim in gemmas, &
 post flores uvas maturecere, calicemque Pharaonis in manu
 mea: tuli ergo uvas, & expressi in calicem, quem tenebam,
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

& tradidi poculum Pharaoni. Respondit Joseph, hæc est in-
 terpretatio somnii. Tres propagines, tres adhuc dies hujus lo-
 ci, quos recordabitur Pharaon ministerii tui, & restituet te in gra-
 dum pristinum, dabique e calicem iuxta officia tuam, sicut
 ante facere consueveras.

Etiã sub Metaphora vineæ Synagoga, & Ecclesiam non
 semel Scriptura expressit, nominatim *Psalm. 79. Isaie capite 5.
 Matth. 20. cap. 21.* & diximus de hac nonnulla initio hujus lo-
 ci. Estque in supradicta loca communis interpretatio, ut per
 vineam intelligatur Ecclesia, vel Synagoga, quam queritur per
 Isaiam Deus, quod quamvis fuerit rite excolta, dederit labrus-
 cas pro uvis. Verba Prophetæ sunt: Vine facta est dilectio mea
 in cornu filio olei, & sepavit eam, & lapides elegit ex illa, &
 plantavit eam electam, & edificavit turrim in medio ejus, &
 torcular extruxit in ea. Allegorice vinea, id est, Ecclesia facta
 est Christo in cornu filio olei, id est, in hereditate, & reg-
 num potens, & fertile æque, ac misericos, utriusque enim
 symbolum est oleum. Christus enim, qui nobis vult filius olei,
 id est, summè misericors, voluit & Ecclesiam esse filium, vel
 potius filiam olei, ut scilicet regimen Ecclesiæ esset benignum,
 clemens, & gratiosum; cum Synagoga regnum fuisse minax,
 & terribile, sepes, torcular, turris, elapidatio, &c. signifi-
 ficant in genere, Deum Ecclesiam per omnia excoluisse, equi-
 de omnibus necessariis providisse. Particulatim tamen, & dis-
 tinctè sepes. Primò, fuit murus Hierosolymæ, ait S. Hieron.
 Secundò, & aptius, sepes fuit lex, & præcepta, qua quasi spes
 data sunt populo, ut eum munirent, & in officio, ac pietate
 continerent, ita *Autor imperfecti, Theop. ex Euthym. in
 Matth. 21. Irenæus lib. 4. cap. 70.* rursum, Tertiò, sepes fuit
 custodia Dei, & Angelorum, inquit, *S. Ambros. Hier. in Ori-
 gen. hom. 19. in Joan.* qui sic ait: Custodia Dei fuit sepes vineæ,
 turris templum, torcular locus libationum. Hoc est quod
Zachar. c. 2. ait: Absque muro habitabit Hierusalem, id est,
 Synagoga, & Ecclesia, nam ego ero, ait Dominus, murus ignis
 in circuitu. Quartò, H. Pintus per sepe accepit viros sanctos,
 qui populo pro muro sunt apud Deum, quibus ablati concul-
 catur populus; ut exente Loth, Sodoma conflagravit; & He-
 breis excentibus; Ægyptus perit.

Torcular autem, est altare, quo victimarum sanguis expri-
 mebatur, inquit *Origenes B. Hieronym. Beda, Eut. hom. Theo-
 phyl. in Matth. 21.* Mysticè torcular est crux Christi, cujus pro-
 lio permuntur martyres, virgines, omnesque Christi sequaces,
 indeque vinum gaudii exprimitur. Lapidus, quos ablutit ex vi-
 nea, sunt idola, peccata, omniatque diviti cultus: ac religio-
 nis impedimenta.

Turtis, Primò accipi potest regia divinitas; Secundò, sacra
 Scriptura, ait H. Pintus: ad eam enim quasi ad turrim, & ap-
 cem in nostris tentationibus, & periculis confugere debemus,
 & sicut ex turri prospiciunt procul distantia, ita ex lege, &
 Prophetis prospiciebat Christum post tot secula venturum.
 Tertiò, per turres aptius accipias doctores, & pastores, specu-
 latoreque populi, aut templum Hierosolymitanum, Deique
 cultum, & religionem; uti explicant *C. Bald. in capite 5. Isaie
 Origenis, S. Hieronym. Beda, Euthym. Theop. supra.* Ex tem-
 plo enim, quasi turri, & arce Deus, auxilio erat, & profugio la-
 boranti populo.

Et quamvis in sacris literis vinea pro cœtu fidelium plerum-
 que accipiat, nonnumquam tamen etiam usurpatur pro con-
 ventu impiorum, & Ethnicorum. Sic legitur *Deut. cap. 32.*
 De vinea Sodomorum, vinea eorum, uva eorum, uva fellis, &c.
 loquitur autem de idolorum cultoribus.

CHRISTUS ipse se viti comparat, dicens: Ego sum vitis, vos H
 palmites: & eandem Metaphoram prosequitur multis ut offen-
 dat, quam apta similitudine sit usus. *Joan. c. 15.* præmiserat au-
 tem, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, quod Chri-
 stum dicere, inquit, *S. August. 80. in Joan.* secundum quod est
 caput Ecclesiæ, nosque membra ejus, unius quippe nature sunt
 vitis, & palmites. Propter quod cum esset Deus, cujus natura
 non sumus, factus est homo, ut in illo esset vitis humana natu-
 ra, cujus & nos homines palmites esse possemus, & infra ad dens
 ait, vera ab illa diceretur, cui dicitur, quomodo conversa es in
 amaritudinem vitis aliena?

Memorabile est, quod de Juliano Apostata scribit *Sozome-
 nus lib. 5. c. 1.* quomodo inter alia prodigia, quibus eum Deus
 ab improbitate retrahere volebat, eum in Illyricum cum exer-
 citu venisset, circa Novembris initium, transacta jam vinde-
 mia, vites novis uvarum acerbarum botris immaturis onustas
 conspexerit: deinde levi quodam imbre decidente, singulas
 guttas signum crucis tam in ipsius, quam comitum vestimen-
 tis impressisse.